

Cunradus de Boruz custos Misnensis, et dominus Johannes praepositus in Hayn, dominus Johannes de Wartha, Ekehardus noster marsalcus, Petrus noster camerarius et quamplures alii fide digni. Actum Misnae anno domini M°. CC°. LXXX°. VI°. pontificatus nostri anno XX°.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Bischofs und des Capitels an Fäden von rother und gelber Seide.

No. 275. 1287. 18. März.

*Zwanzig Erzbischöfe und Bischöfe Deutschlands ertheilen denen, welche bussfertig an gewissen Festtagen die Domkirche besuchen und den Bau derselben unterstützen, und zwar jeder Einzelne vierzig Tage Ablass.*

Frater Henricus dei gratia sanctae Moguntinae sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, . . . Salzburgensis, Giselbertus Bremensis dei gratia ecclesiarum archiepiscopi, Arnoldus Babenbergensis, Burchardus Metensis, Henricus Mersburgensis, Bruno Nuenburgensis, . . . Brandenburgensis, Thobias Pragensis, Theodericus Olmucensis, Wernhardus Pattauensis, Henricus Ratisponensis, frater Henricus Tridentinae, . . . Brixiensis, . . . Herbipolensis, Petrus Basiliensis, Conradus Argentinensis, Rudolphus Constantiensis, Conradus Verdensis, . . . Lubucensis dei gratia ecclesiarum episcopi universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit salutem in eo, qui est omnium in se credentium vera salus. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis suae merita supplicum excedens, et vota bene servientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem bonorum operum sectatorem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et peccatorum remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinae gratiae aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia maior sancti Johannis evangelistae et sancti Donati martyris in Misne congruis honoribus frequentetur, et ut opus fabricae eiusdem ecclesiae ibidem honorifice inceptum laudabiliter consummetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in natiuitate domini, pascha, pentecosten ac in singulis festis beatae Mariae virginis, patronorum, dedicationis ac in coena domini causa devotionis accesserint, et qui ad consummandum praedictum opus suis elemosynis manus porrexerint adiutrices, nos de dei omnipotentis misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli auctoritate confisi singulas singuli quadragenas, dummodo consensus diocesani loci accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra litteris duximus apponenda praesentibus in perpetuum valituris. Datum Herbipoli in concilio anno domini M°. CC°. LXXXVII°. XV°. Kalend. April.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. An theils rothen und gelben, theils grünen und gelben, theils rothen seidenen Fäden hängen die Siegel des Erzb. von Bremen, dann der Bischöfe von Constanz, Metz, Merseburg, Naumburg, Prag, Passau, Olmütz, Regensburg, Strasburg, Trient, Basel und Verden; sieben Siegel fehlen.